



Conjugii Foedus

REVERENDO ET DOCTISSIMO

UFR0

19
Bacsay 646

D. MELCHIORI
KLIES,

Ecclesiae Cassoviensis Germanicae Evangelicae
Lutheranae Concionatori, secundum

SPONSO,

&

Honestissimae Decoratissimaeq;

Dn. EDUENZELB,

Viri Reverendi

CHRISTOPHORI PAVLI

POSSII Pastoris quondam in Gölitz/
relictæ viduæ, SPONSÆ,

Honoris & Amoris ergo
scriptum

à
Collegis, Amicis & Fautoribus

Anno 1660. d. 7. Iun. X


Cassoviae apud MARCUM SEVERINUM.

Mugger

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be in a historical or scholarly context.

88





Ellica fama volat, vox intonat alta tu-
barum,

Mars stringit ferrū, missile Turca ferox;
Tormentum varii generis tonat omne
fragore,

harpen vel calo lixaq; vibrat atrox;

Bellantūm fundunt parazonia sava cruorem,
velitis ab hasta sanguine terra rubet;

Hic catapulta ferit tentoria, mœnia, gerras,
illic malleoli pyroboliq; cadunt;

Hinc cataphractorum segetes chiliarcha pererrat,
illinc fert peditum damna Magister agris:

Impetus à populo in populum fit dente ferino,
& res versantur deteriore modo.

Summa; dies præsens, conflictus, prælia, pugnas,
insidias, strages, mille periclâ canit.

Quo genio ductus genialem sternere lectum
Tu præsumisti, Vir Reverende, novum?

Cur inter tantos casus, discrimina rerum,
Conjugii sacri foedera pangis ovans?

Scilicet, ut medios inter solamina fluctus,
inter aquam atq; ignem temperiem invenias.

Quando quis immersus stridentibus angitur undis,
indiget auxiliis alteriusq; manu:

A 2

Sic

Sic quoq; majorum suspirans amne malorum
indiget œconomus Matre juvante domum.
Hæc datur à Domino, qui vult, ut pace quieta
uno vivatis corpora bina toro.
Prospera cepta precor, successumq; opto secundum,
quem felix fausto clausula fine beet!

Ad Sponsum.

Was ihr schon längst gehabt / allein / und in der Ehe /
Im Wittibstand / in wohl / in ach und grossem Wehe;
Wie kompts / das ihr Herr Alies / auff's neue darnach trachtet?
Vielleicht wars vor ohn Leib / das es euch nicht anlachtet?
Ich halt dem sey also; wenn mann dem thut nach streben /
Was man von Herzen liebt / und kahn uns antwort geben /
So hat doppelt er Nuz im Hause eingewurzelt /
Wenn schon ein unglück her bald nach dem andern purzelt.

HILARIUS ERNESTVS BINDER,
Eccl. Evangelicæ Lutheranae, Pastor Ger-
manicus & Scholæ Inspector.

Indiguere piis si prima jugalia votis
Fœdera, devotas si meruere preces:
Esse secunda magis, sic judico, fœdera votis
Indiga, quippe solent esse secunda minus.
Non quasi divinis ea sint contraria jussis,
Aut foveant flammæ illicitasq; faces;
Nam repetita Deus pangit quoq; pacta, prioris
Conjugii quondam solus ut autor erat.
Sed quoniam licitos Cacodæmon odit amores,
Hostis conjugii perfidus estq; sacri.
Id solùm quærens, ut, quæ Deus ipse coëgit,
Solvat, & exitium quâ valet arte paret.

Hinc

Hinc lites, rixas, & fellea verba, minasque
Excitat, & jungit verbera soepe minis.
Laudatos recitare Virum jubet ille prioris
Vxoris mores, deliciasque suas.
Foemina defuncti laudat quoque gesta Mariti,
In preciumque venit, qui minus ante fuit,
Et proles numerosa novæ fit causa querelæ
Soepius, aut sterili displicet esse Toro.
Sic Dæmon sceleratus agit, repetitaque turbat
Foedera, nî flectant vota precesque Deum.
Ergo dum Viduus Viduam Tibi jungis Amicam,
Et repetis placiti foedera casta Tori:
Nos merito Tædis ferimus pia vota secundis,
Optamus, maneat utque secunda Tibi.
Arceat infensi Salvator Dæmonis astus,
Sit bene Conjugio Klis Reverende Tuo!

Ita Amico suo veteri vovet.

M. Adamus Kys Ecclesia Cassov.

Hung. Luther. Pastor.

Odit spurcitiem vitiosq; libidinis æstus,
Sed thalami laudat foedera casta Deus;
Ac jubet, sicut vivant sociati lege jugali
In sacro unanimes femina virq; toro.
Hæc animo volvens Klis rursus gaudia quæris
Et socias Viduam victus amore tibi,
Costam quæ seris tibi sit solamem in annis,
Ac mater domui delictumq; tuæ.
His igitur faveant cœlestia Numina ceptis,
Æternum ut durent vincula vestra, precor,

A 3

Vivite



Vivite concordēs, & juncti perpete nexu,
Fœcundum multa prole replere torum;

ODE IAMBICA.

Herbst / Winter ist vergangen
Die sehr betrübtē Zeit /
Darinn manch rothe wangen
Verblichen nicht ohn leydt:
Frau Kließin diß bezeiget
Gewesne / die der Todt
Mit seiner Senß gehawet /
Nun ruhet sie bey Gott.

Drauff aber ist ankommen
Die grüne Sommer Zier /
Vnd hat daß leydt benommen
Dem / der noch lebt allhier;
Der selben zu genießen
Nicht er Hertz Muth und Sinn
Vnd will sein plage schliessen
Mit einer Schätferin.

Herr Kließ euch ist begegnet
Diß / was ihr allhier list:
Hatt der Herbst nicht betrübet
Euch / durch die so fein list
Gehabt in ihrem Herzen
Susanna ewre Frewd /
Die euch getröst in schmerzen
Oft und in vielem leydt:

Ann

Nun aber ihr dem Orden
Gegeben gute Nacht.
Der Witwer / und schon worden
Ein Bräutigam / welchs gemacht
Der höchst / durch ewre bitte
Muß ich euch wünschen glück /
Er / beyde euch behütete
Vor aller Feinde Tück.

GEORGIVS Gischer
Eccles. Slav. & Germ. Luth.
Cassov. Mysta.

Post aspera prospera, post nubila Phœbus.

Non semper tumido jaçtatur in æquore puppis,
Spumantes inter ventos, interq; pericla
Mille, sonos acres fluctus & saxa sepulta
Coeruleis undis, scopulos, favamq; charybdin,
Ambiguas Syrtes, latrantia littora Scyllæ,
Terribiles cautes, pelago & nascentia monstra;
Sed svavi interdum complentur carbasa vento,
Et placidè fertur currens ad littora navis,
Optatum in portum tutò delata, recensent
Latantes Ponto quæ passi noxia nautæ.
Non semper denæ contristant æthera nubes,
Perpetuò nimios nec fundit turbidus Auster
Imbres; ast solvit non rarò nubila Phœbus,
Atq; serenato clarum jubar eminet axe.
Sic Tibi, post centum viduati incommoda lecti,
Post tristes noctes, post tot discrimina rerum,
Mysta Dei felix illuxit ab æthere Titan.

Gratu.

Gratulor ex animo totusq; in vota solutus,
Cum Sponsa sospes vivas ut Nestoris annos
Opto, rixarum nunquam vos obruat imber
Præceps; sed foveat longum concordia concors,
Cœlorum & celsi ditet benedictio Regis.

Mente votivâ apposuit

GEORGIUS RADVICH

Gymnasi Cass. Rector.

In mel dulce suis mutat amara Deus.

Conjugii Sacri coeunt in foedera dextræ,
Quæ Clotho paucos ruperat ante dies.
Sponsa suum pullata virum, Sponsusq; Maritam
Deflebat; viduum sensit uterque thorum.

Quanta Dei bonitas! rediit post funera Phoebus.

Suppressio luctu lætus uterq; salit.

Altera defunctæ super est inducta maritæ;

Et thalamo viduæ Mysta Vir alter adest.

Nobile par gaude! deerat quod, supplet abunde

Cura paterna Dei, quem venerare prece.

Subtrahit, ut reddat: morti dat, ut inde reducat:

Felle prius potat, melle deinde suos.

Lætus accinebat

STEPANVS BVDIACS

Gymn: Cassoviensis Con. Rector.

Cvinitor eloquij splendet, cui Musa serena,
Sponsorum hic dotes carmine ritè canat.
At mihi, cui tenuis Musa est, simul otia pauca,
Versibus his binis jungere vota placet,

Connubij vestri tædis solemnibus adsit

Auxilio stabili, ter benedicta Trias!

Dem

Dem wird der Titel mit warheit gegeben /
Dass Er Ehrwürdig vnd wohlglährt sey /
Der nach der lehr auch recht führet sein leben /
Die / so Er andern fürträget ohn sehen.
Bey dem die that mit der lehr eintrifft /
Der ist ein rechter Erklärer der Schrift.

Dieser weil er thut die laster verbieten
Emsig zu üben die Tugengenden heist.

Thut er sich selber für Laster auch hütten /
Sich nur die Tugend zu lieben befließt.
Welcher / weil er sich ganz völlig ergibt /
Er auch dieselbe ohn heuchelely liebt.

Darumb wird Tugend hinwieder empfangen
Mit gegen-lieb ihren Herren verehren
Ihrem liebhaber ohn falscheit anhangen
Vnd für sein lieb ihm all treue gewehren
Sintemahl Tugend kein falscheit erkennt
Sonst würde Tugend nicht Tugend
genennt.

Wird nun die Tugend : treu : lieblich beywohnen
Ihrem Liebhaber in freude und leyd ;
Wird man sie mit der Lobs-Cronen belohnen /
Dass man wird sagen in künfftiger Zeit.
Tugendlieb weiß wo zu Tugend gutt sey!
Darumb so übt sie nur Tugend und Treu!

Gott

Gott der euch beyde zusammen gebunden
Geb euch viel frölich und fröliche stunden!
Wend Zwytracht und leyd!
Geb eintracht und freud!
Und nach dieser Zeit!

Daß / was er hatt allen frommen bereyt!

Also setz und wünschet seinem Hoch-
gehrten: treuen Herrn Gönner der
dienst. verpflichte

ADAMVS Droschel Cant: Cassov.

D Vm renovas tædas, reparas dum commoda lecti,
Devoto multi pectore vota dicant.
Solut ego renuam Thalamo bona dicere verba?
Affini Sponso, fausta tacebo loqui?
Absit ab ingenuo scelus hoc affine nefandum,
Non hoc me pietas, non benefacta docent.
Idcirco brevibus complectar plurima votis,
Adjungens precibus carmina læta piis.
Connubium vestrum sit faustum, sitq; quietum:
Alter ab alterius pendeat arbitrio.
Concordent animi vestri, sit & una voluntas,
Vos unus societ, candor & unus amor.
Plura toro casto bonitatis conferat Autor,
Is dare plura potest, quam mea lingua petit.

Ita se serio optat & vovet Domino Affini suo.

VALENTINVS Blisch. Leutschov:

p. 1. Gymn. Cass. Alumnus.

Ung. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

ii Foedus

ET DOCTISSIMO

RO

19
Bursay 646

CHIORI

IES,

Germanicæ Evangelicæ

onatori, secundum

NSO,

&

Decoratissimæq;

M T E G E B,

everendi

HORI PAVLI

quondam in Gölitz/

e, SPONSAB,

Amoris ergo

ptum

d

is & Fautoribus

. d. 7. Iun.

RCUM SEVERINUM.

